

langue du Cartulaire a *ri*, *cara* doit être interprété par\* *caria* et rapproché de alb. *gerë* „Kopfgrind, teigne de la tête“, expliqué de G. Meyer par \**caira* > *caria* de latin classique *caries*. Le nom de personne *Calendulus* trouve, par contre, son parfait pendant dans le déminutif *Calendinus* des inscriptions latines en Illyrie. Il doit être, par conséquent, considéré comme dérivé de *Calenda*, nom de personne très répandu dans l'onomastique médiévale dalmate, dérivé à son tour de lat. classique *calendae* f. pl. au sens de „Noël, le commencement de l'année etc.“, sens que ce terme classique avait dans la latinité occidentale à partir du VIII<sup>e</sup> siècle. Ce nom de personne vit même aujourd'hui en Dalmatie sous forme du nom de famille bien connu *Kolendić*. Ce nom de personne a le même sens que *Natalis*, „enfant né à Noël“, de même que russe *Rožděstvenskij*. L'étude de ce nom donne l'occasion de passer en revue tous les sens que *calendae* a revêtu dans les langues balkaniques. L'étude constitue ainsi un apport à la connaissance du vocabulaire de la latinité balkanique.

MIMHΣIΣ ΠΡΑΞΕΩΣ . . . <ΟΛΗΣ> ΚΑΙ ΤΕΛΕΙΑΣ

In confirmando genuino textu Aristotelis Poetics J. Tkatsch et post eum A. Gudeman profecti sunt a Syriaca scil. Arabica versione. Itaque in tragoediae definitione genitivum ἐκάστου in χωρὶς ἐκάστου τῶν εἰδῶν restituerunt, quamquam Aristotelis interpretatio huius loci dativum habet. Apparet nobis archetypum esse non nisi dativum ἐκάσῳτι, propterea quod approbatur eadem usurpatione dativi in commentario: τὸ δὲ χωρὶς ΤΟΙΣ ΕἶΔΕΣΙ. Nequam veri similior est Syriaca scil. Arabica versio quam ipse Aristotelis textus. Iustissimum enim est, quodcumque id fieri potest, Aristotelem ex se ipso interpolari ac non e versionibus paraphrasibusque incertis.

Profecti ab Aristotelis textu Poetics finem quoque definitionis ex obscuro atque dubio παθημάτων sive μαθημάτων καθαρίσιν in clarum Aristotelem ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ ΣΥΣΤΑΣΙΝ emendare ausi sumus (v. Annal. Facult. philos. Skopje I, 1948, pp. 1—17), quod extensius explicatiusque in volumine proximo disseremus.

Si ab Aristotelis commentario exierimus, principium quoque eiusdem definitionis non admodum incolume traditum esse intellegemus. Ab initio cap. VII (= 1450b 24sqq.) eius verba ΚΕΙΤΑΙ Δ' ἩΜΙΝ ΤΗΝ ΤΡΑΓΩΔΙΑΝ ΤΕΛΕΙΑΣ ΚΑΙ ΟΛΗΣ ΠΡΑΞΕΩΣ ΕἶΝΑΙ ΜΙΜΗΣΙΝ, ἐχοῦσης τι μέγθος testimonio sunt, fuisse quondam in definitione tragoediae prae τελείας verbum quoque ὄλης, cetera non intellegeremus illud κείται i. e. *scriptum est, legitur* (= *diximus*, scil. in definitione). Ὀλη autem non subauditur in τελεία quod apparet e nuper citato capite VII, ubi Ar. τὸ ὄλον interpretatus est neque, minus e cap. VIII (= 1451a 30—34), ubi denuo pluribus verbis de actionis integritate (περὶ πράξεως ὄλης . . .) disseruit.

Ex iterata usurpatione verborum ΟΛΗ ΚΑΙ ΤΕΛΕΙΑ in cap. XXIII (= 1459a 19sqq.) persuasum est nobis, vocem τελείαν sine ΟΛΗΣ non esse plenam, tum cum in definitione omnia plene ac dilucide dici debent. Ibi certe Ar. verbum ΟΛΗΣ nullo modo omisisset, sed illud nescio quo casu intercidit, quod primus ille editor interpolandum non curavit, sive quod non vidit, quid deesset, sive quod brevissimum vacuum spatium facile neglexit, quasi nihil defuisset.

Sic est igitur, secundum nos, legenda Aristotelis definitio tragoediae: ἐστὶν ὄν τραγωῖδια μίμησις πράξεως σπουδαίας <ΟΛΗΣ> καὶ τελείας μέγθος ἐχοῦσης, ἡδυσμένῳ λόγῳ χωρὶς ἑκαστῶν τῶν εἰδῶν ἐν τοῖς μορίοις, δρώντων καὶ ὁ δὲ ἀπαγγελίας, δι' ἐλέου καὶ φόβου παραινύουσα τὴν τῶν τοιοῦτων ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ ΣΥΣΤΑΣΙΝ.

Haec in praesens tempus satis sunt, alias plura dicentur.

Scupis.

M. D. Petruševski.